

dec. 29, n. 9, & dec. 281, sub n. 20, vers. quod maritus. Ubi ampliat etiam si maritus huic beneficio expresse cum juramento renunciaverit, quod repetit, & exornat Jo. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 2, cap. 19, ex n. 15, ad 24. Rot. in Recanaten. separationis Thori 26, Februarii 1625, Priorano, nunc dec. 594, part. 4, tom. 3, recent. & coram Merlin. dec. 886, n. 6, & 7, & dec. 231, n. 1, & seq. & per totam part. 6, recent. ubi limitat quando uxor agens ad dote, & ipsa pauper existit, & quando maritus uxori ob sevitiam fuit ingratus, & in eadem causa dec. 742, n. 32, & seq. part. 4, tom. 3, recent. Niger. de except. cap. 8, §. 31, n. 47, & 50, & de execut. rei judicat. cap. 14, §. 8, n. 7, Donad. de renunciat. cap. 23, n. 9, & 25, ubi quod huius beneficio renunciari nequeat, Gratian. except. 120, n. 78, ubi limitat in putativo, & discept. 406, n. 7, ubi limitat in marito qui sua culpa incidit in paupertatem, Leoncill. de privileg. pauper. 20, n. 4, & privileg. 240, n. 1, & seq. ubi ampliat & restringit, Giurb. n. 4, & 8, ubi idem repetit Rub. ad dec. 16, n. 44, & seq. part. 9, tom. 1, recent. ubi quod maritus spoliatur tali privilegio si male se gessit erga uxorem, aut ejus bona Larr. dec. 66, num. 27, Mastrill. dec. 93, per tot. Hieron. Nicol. in suis lucubrat. lib. 4, tit. 6, nu. 357, fol. 404, tom. 1, Antonin. de Amat. resol. 55, n. 1, seq. ac per totam latè Cigal. de aft. §. 28, nu. 63, 64, & 65, fol. 161, ubi limitat quando ob resstituitur extraneo, & quando ob ejus inopiam constante matrimonio convenitur ad dotis restitutionem, Baldax. de Angel. ad Gizzarel. dec. 50, n. 6, Thomas de Tut. & Curat. tit. 19, sub n. 644, vers. & maritum, ubi quod fruatur hoc beneficio, non obstante jurata renunciatione, Olea de cess. jur. tit. 6, quest. 11, sub n. 42, vers. qui afferit maritum. Arias de Mes. variar. resolut. lib. 2, cap. 37, sub n. 8, vers. quia cum is, & lib. 3, c. 22, sub n. 13, vers. neque beneficium deducto ne egeat, non competit marito putativo, Ciarlin. controvers. 139, n. 26, ubi quod maritus non gaudeat privilegio ne conveniatur, quando uxor sua dote indiget, si se alat: Prædicta autem conclusio applicabilis non videtur, quando uxor propter viri inopiam agit ad assecrationem dotis; dum enim maritus ex fructibus ejusdem dotis alimenta consequitur. Ideò non indiget præservativa Juris deductio non egeat, ut post alios animadvertisit Fontanell. de pac. nupt. claus. 7, glos. 2, part. 3, n. 68, tom. 2, Rot. dicta dec. 742, n. 36, & 37, part. 4, tom. 3, recent. Auctor, cap. 37, §. 2.

At si uxor, seu ydua per cessionem titulo oneroso Jus repetendi dotes \* in extraneum transulerit, tunc nec maritus, minusve ejus hæredes cessionario agenti ad restitutionem dotis opponere possunt beneficium seu exceptionem deductio ne egeat, Mastril. dec. 93, in fine. Cutel. de donat. tract. 1, discurs. 2, partic. 10, num. 70, & seq. Olea de cess. jur. tit. 6, quest. 11, num. 43, & seq. Sicuti è contra hæredes mariti, aut aliter de eo causam habentes in solidum convenientiuntur, nec ipsis competit privilegium deducto ne egeat ad tradita per Donad. de renunciat. cap. 23, n. 7, & seq. utrum verò, & quando vidua, ejus filii aut hæredes tam à promissione dotis, quam ab hæredibus vi-ri interusuria dotis pretendere valeat dixi ad cap. 51, & eandem materiam pluribus exornat Auctor hic à num. 2, & per totum.

Marito vergente ad inopiam si illius uxor pro dotis assecratione assignationem bonorum mari- ti obtinuit, cumque aliis creditoribus anterior præexistenteret, queritur an creditores ipsi dotis

mulieri offerentes \* bona eidem assignata con- sequi debeant, pro affirmativa faciunt notata per Doctores in leg. si constante 25, ff. solut. maritum, ubi etiam Barbos. num. 62, & 63, pro indubitate habet, si dos in pecunia constituta apparet. Gaspar Antonin. Thesaur. ad dec. 207, ejus genitoris in fine Fachin. controversial. jur. 100, §. ego verd. lib. 3.

Cæterum plures allii in contrariam transferunt opinionem, quod nimur adversus mulierem \* prædicto in casu posterioribus creditoribus Jus offerendi non competit per textum in leg. ubi adhuc 29, ff. de jure dot. inter quos Gail. practi- car. observation. 92, sub num. 6, vers. Præterea lib. 2, Franch. dec. 54, num. 1, & 5. Osasc. dec. 135, num. 9, 12, & 13. Capyc. Galeott. contro- vers. 165, num. 14, centur. 2, Joan. Francisc. Andreol. controversial. 12, num. 17, & 18. Fontanell. de pac. nupt. claus. 7, glos. 2, part. 3, num. 51, tom. 2. Mangil. de subhast. quest. 57, numer. 20. Merlin. de pignor. & hypothec. lib. 3, quest. 73, nu. 42, cum infinitis apud Donad. de renunciat. cap. 21, num. 43. A Coft. de privileg. creditor. regul. 3, limitat. 1, num. 23. Antonin. de Marin. resolution. 219, num. 15, & 16, lib. 1, cum infinitis apud Giurb. dec. 16, num. 12, & sequent. Ubi duo isti Auctores limitani quoties assecratio in mobilibus confisteret, aut mulier bona sibi as- signata pro assecratione distrahere contendet.

Alii consulunt secundo creditori quod euret bona mariti debitoris \* vendi ac subhastari, ad effectum ut primò satisfiat mulieri de sua dote, & de residuo posteriori creditori. Gratian. dis- cept. forens. 941, num. 3, & seq. Joan. Francisc. Andreol. controversial. 12, num. 19, cum ad- ductis per Mangil. de subhast. dicta quest. 57, num. 21.

Verumtamen oblatio facta à posteriore verba- lis non suffragatur, ex quo oblationem \* effecti- 10 vam cum deposito jus offerendi prærequisitum, dixi allegat. 22, n. 21, fol. 399, lib. 1. Merlin. de pignor. & hypothec. lib. 4, quest. 83, num. 2, 18, cum seq. & à num. 80, & ad materiam vide Joan. Franc. Andr. in collect. post 5, volum. controversial. in vers. Jus offerendi.

Proseguendo materiam Auctor hic num. 27, & 42, inquirit an vidua ejus dotes implicatura interesse dotis non restituæ consequi valeat ex eo solum, \* quod hisce temporibus adsint semper occasions emendi census, annuos reditus, aut alias acquisitiones faciendi, & istam probatio- nem præsumptivam lucrandi ex implicatione dotium non admittit, & copiosè per ipsum ad- ductis accedunt Zucchar. decif. 21, numero 6, & 7, ubi ampliat etiam Civitate mercantili, Rot. apud Fenon. dec. 83, vers. neque in hoc casu: & apud Merlin. de pignor. & hypothec. dec. 29, num. 7, Pen. dec. 612, num. 4, & 7. Thomas de Tut. & Curat. tit. 18, num. 248, fol. 183, & nu. 256, fol. 284, & num. 278, fol. 276. Hodiern. ad Surd. dec. 240, num. 31, ac 32, & controv. 17, n. 30. Cyriac. controversial. 163, n. 19, & controversial. 540, n. 39.

Sed contrariam opinionem quicquid sit in Romana Curia \* propter illius Rotæ auctori- tam prævalere ac in praxi inductam compro- bant cumulati per nos allegat. 51, nu. 26, & alle- 12�at. 52, n. 32, leg. 2, ac allegat. 107, n. 34, lib. 3, Thomas de Tut. & Curat. titul. 18, num. 256, ac sub num. 298, vers. nisi in loco probaretur frequens occasio implicandi ad lucrum, aut ac- quisiti-

## Observationum de Alimentis. Capit. L.

91

quisitiones pecuniarum, & sub n. 292, vers. ubi extant commoditates censuum. A Pont. de potest. Proreg. tit. 4, §. 5, ex nu. 68, & §. 6, nu. 64, ubi quod resolutio in curia Romana habeat difficultatem, fecus autem in Regno, Scipio Theodor. allegat. 40, nu. 30, ubi quod interesse lucri cessantis ex mora debitoris passim reficiatur de stylo Sacri Concilii absque alia probatione, eo quod semper sunt occasiones emptiōnum ad rationem septem vel octo in Civitate, & Regno Neapolis, Carleval. de judic. lib. 1, tit. 3, disput. 8, sect. 6, n. 97, tom. 2, ubi hanc opinionem ab ipso viriliter impugnatam admittit, quando præter frequentiam constituentium annuos census & vendentium proprietates frugiferas, concurrit etiam solitum pretendentis interesse colloquendi pecunias in similibus acquisitionibus, Staiban. de interest. quest. 12, num. 28, & 29, lib. 1, & huic sententia quoad pecunias peculiares adhæret Seraph. dec. 186, numer. 6, Rot. dec. 568, num. 3, part. 1, divers. & plures alias, ut ipsa restatur apud Fenzon. ad statut. urb. dicta dec. 83, §. neque ibi, & quicquid alias fuerit dictum Mastrill. dec. 29, num. 5, & dec. 61, num. 23, & seq. ubi extendit quoque ad hæredes mulieris, & dec. 143, num. 10, & per totam latè Gait. de credit. cap. 2, tit. 7, quest. 2, ex nu. 1756, usque ad 1766, Fachin. controversial. jur. lib. 3, cap. 102, ubi exten- dit conclusionem ad donationem propter nuptias, Menoch. cons. 7, num. 16, ubi de consuetu- dine regionis Pedemontanae Manent. de contract. Lucell. quest. 1, part. 15, num. 43, Cyriac. dicta contro- vers. 540, num. 37, tametq; ab hac opinione ex fundamento admodum levi recedat, & facit Gratian. disceptat. 931, nu. 8. Antonin. de Amat. resolut. 49, num. 96, ubi plures refert, ex quibus tandem perpauci hoc afferunt, Leotard. de usur. quest. 30, sub num. 56, vers. Quibus consentit, & quest. 74, sub numer. 53, vers. Quæ dicitur, Mart. Medic. dec. Senen. 14, num. 13, ubi quod longè magis desunt qui possint dare pecunias ad interesse, quam qui velint accipere, & num. 29, ubi pulchre admonet parum interesse, quod Rota Romana mutaverit opinionem dum extra illam constans remanerit, Larr. dec. 37, num. 28.

## CAPUT L.

### SUMMARIUM.

1 Maritus ob doten. sibi non solutam interesse con- sequitur; Non consequitur usuras quando- 3 dos erat solvenda ad omnem ipsius requisitionem num. 2. Sed contra num. 3. Dots inter- esse non consequitur quando tempus, summa, & estimatio dots confertur in arbitrium tertii, nisi post declarationem num. 4. De- clara ut num. 8. Sed contra num. 5. Inter- esse consequitur etiam si dots confitiat in pecunia num. 6. Fructus dots censemur remisere quando data dilatatio ad solvendum nihil de eis dixit num. 23. Declara ut num. 24. Usuras do- tales legitime pretendit à debitore cesso inti- mata cessione num. 25.

7 Interesse dots mariq; debitum taxatur juxta conuictudines aut statuta locorum; ob dilatam dots solutionem ab initio in pactum deduci pos- test num. 22.

9 Marii cessionarius non consequitur interesse dots.

Contrarium qui teneant num. 10.

11 Interusuria ex taciturnitate non censentur re- misia;

12 Amplia ut num. 12. Declara ut nu.

13 Per hæredes mariti consequi possunt num.

14 & num. 15. Quando debantur jure ac- tionis nu. 21.

16 Remissio alimentorum dotis faciliter inducit fa- vore uxoris vel socii, quam extraneorum;

Declara ut n. 17.

18 Fructus dotis per receptionem sortis quando cen- sentur remissi. Et n. 19, & 20.

M Aritus ob retardatam dotis solutionem li- citè ad omni jure fructus seu interesse con- sequitur, \* nec quod percipit ex pignore in for- tem excomputat, ut præter hic adductos, nu. 1, seq. & n. 51, animadvertisit Buratt. dec. 159, n. 2, cum ibi adductis per Ferentill. n. 13, & dec. 282, n. 13, & 16, Sperell. dec. 84, n. 1, Staiban. de inter. lib. 2, tit. 3, numer. 1, & per totam quest. 1, Leotard. de usur. quest. 3, n. 7, & quest. 28, n. 2, & seq. & quest. 48, n. 24, & quest. 90, n. 54 & quest. 98, n. 5, & seq. Merlin. Pignatell. contro- vers. 28, ex n. 2, cent. 1, Leoncill. dec. Ferrar. 91, num. 3, ubi quod fructus dotis debeantur etiam ab eo qui dotare non tenebatur, & dec. 92, n. 4. Duran. dec. 448, num. 53, ubi quod maritus facit fructus pignoris suos ad ratam tamen dotis, Mart. Medic. ad dec. Senen. examina. 7, n. 26, & seq. & dec. 14, num. 1, & dec. 60, nu. 4, Ho- dierni, ad Surd. dec. 211, num. 2, & 3, ubi quod vir putativus fructus tantum suos faciat, quos re vera impendit in onera matrimonii, Rot. dec. 44, nu. 11, 14, & 15, part. 6, recent. Spad. consil. 178, n. 1, & 2, lib. 3, Rot. in Bononien. dotis 18, Martii 1648, §. Unde cum dicti, coram Rever- dimento Dunozet.

Verum si promittens dotem se obligaverit il- lam solvere ad omnem terminum; & simplicem requisitionem \* mariti dubitatur, numquid ante requisitionem mariti debitor dotis in mora constitutus dicatur, & consequenter an ad fructus dotales teneatur, in qua quidem quæstio- ne non teneri debitorem dotis erga maritum ad dotis interusuria dicendum videtur, ea ratione, quia dies incerta absque interpellatione non constituit in mora, l. dies incertus 74, ff. de condit. & demonstrat. Honded. cons. 36, nu. 21, & 22, lib. 2. Rot. dec. 476, num. 2, & 3, part. 1, divers. & apud Zacch. de Camer. oblig. dec. 31, num. 8, Gratian. discept. 748, nu. 3, Ferentill. ad Buratt. dec. 159, num. 14, Leoncill. dec. Ferrar. 92, n. 4, in fine. Optimè Spad. consil. 178, nu. 3, lib. 3. Verumtamen quod promissa dote ad omne beneplacitum, & requisitionem mariti statim quod suffinet onera matrimonii non præmissa interpellatione mora contrahatur & debeantur interusuria, \* quasi illa verba ad omnem peti- tionem, & voluntatem generi non facient conditionem, minusve suspendant exactionem fructuum dotis, comprobant Ruin. consil. 132, n. 2, lib. 1. Socin. consil. 288, sub n. 29, vers. compre- batur hoc idem, lib. 2. Gratian. disceptat. forens. 143, n. 15, Ludov. decif. Lucen. 21, n. 48, Claud. Bertazzol. ad consil. crim. Bertazzol. consil. 262, vers. ampliatur 1. Sperell. dec. 84, n. 13. Mart. Medic. decif. Senen. 14, n. 43. Staiban. de inter. lib. 2, tit. 3, q. 1, n. 8.

Collata dote constituenda circa tempus, sum- ma, aut estimationem in arbitrium tertii in- tra tempus \* ante declarationem maritus ali- mента dotis prætendere nequit, etiam onera

H 4 matri-

matrimonii sustinuerit, *Ludovis. dec. 573, num. 6, Mart. Medic. ad decis. Senen. examinat. 7, num. 50.* Contrariam tamen opinionem, quod nimurum non secuta \* declaratione intra tempus pendentis arbitrii à die celebrati matrimonii fructus dotis debeantur ex professo comprobant, *Natt. conf. 495, num. 2, Gratian. dicta discept. 143, num. 16, Ludovic. dicta decis. Lucen. 21, num. 49, Staiban. de interest. lib. 2, tit. 3, quæst. 1, num. 23, Sperell. dec. 84, num. 14, Giurb. decis. 72, num. 2, Rota in Bononien. dotis 18, Mart. 1648, §. nec debitoris in fine, coram Reverendissimo Dunozet.* Hic tamen Author num. 35, admittit conclusionem *solumento in illis qui de jure nuptiam alere obstringuntur.* Ideò distinctionem seu limitationem hanc Authoris impugnat, *Mart. Medic. ad decis. Senen. examinat. 7, num. 30, & sequent. Leotard. de usur. quæst. 28, num. 13, & seq.*

Dotis non solutæ marito deberi interesse quantumvis dos in pecunia \* seu alia re non fructifera subjungit hic *Auctor num. 10, & eamdem conclusionem comprobant Sperell. dicta dec. 84, numer. 12, Staiban. de interest. lib. 2, tit. 3, sub num. 19, versic.* Sed contra hanc distinctionem, *Fontanell. de pact. nupt. claus. 6, gloss. 2, part. 7, à n. 12, ad 26, Buratt. dec. 287, n. 13.* Unde contrarium male sustinere contendit, *Leotard. de usur. quæst. 28, sub num. 33, vers. neque mouet, & seq.* ideo priorem sententiam amplectitur etiam, *Leoncill. decis. Ferrar. 91, n. 5.* Quod quidem interesse dotis non solutæ marito debitur certam à jure limitationem non habet, \* sed juxta consuetudines, aut stipulta locorum taxari consuevit, ut præter hic adductos *nu. 14, animadvertis Caball. conf. 46, num. 5, lib. 1, Staiban. de interest. lib. 2, tit. 3, quæst. 3, n. 26,* ubi distinguit *num. seq. inter maritum mercatorum, & non, Leoncill. dicta dec. 91, n. 4, Rota in Romana domus 22, Junii 1654, §. non obstat si forte, vers. Semper illa coram R. P. D. Melio, & in d. Bononien. dotis 18, Martii 1648, §. quo vero ad fructus coram Reverendissimo Dunozet.* Ubi quod cessante statutaria dispositione fructus dotis debeantur ad rationem quinque pro centenario, eadem *Rot. dec. 280, n. 19, & dec. 300, n. 11, part. 6, recent.*

At si dos non quidem ratione temporis, aut valoris, sed ob illius substantiam illiquidam præexistenter, utique hoc in casu non nisi secuta liquidatione, \* non autem ante ipsam marito interusuria deberentur, *Mart. Medic. ad decis. Senen. dicta examinat. 7, num. 59, vers. sed redeundo, & post Rotam dixi allegat. 86, num. 23, lib. 3, in quibus terminis non applicantur simpliciter tradita hic ab ipso Auctore *num. 35, & per Staiban. de interest. lib. 2, tit. 3, quæst. 1, num. 27.* Si quidem ob illiquiditatem in substantia dotis nec alere obstrictus ad interusuria tenetur, nisi liquida date.*

Crediti dotalis cessionarius ex jure per maritum sibi consequi non potest interesse dotis retardata, si quidem privilegium \* istud speciali favore concessum fuit, & idèo non transit in cessionarium, ex quo in ipso cessat ratio, ob quam lex marito concessit privilegium consistens in supportatione onerum matrimonii, latè *Surd. conf. 269, num. 9, & seq. Leotard. de usur. quæst. 29, num. 16, usque ad finem, ubi diversos causus considerat Merlin. de pignor. & hypothec. lib. 3, quæst. 80, num. 11, & prius quæst. 51, n. 77, & seq. Staiban. de interest. lib. 2, tit. 3, quæst. 1, n. 52, & Altograd.*

seq. & latè prosequitur *Olea de cess. jur. tit. 6, quæst. 2, ex n. 39, ad 46.* A *Coft. de privileg. credit. regul. 3, limit. 2, n. 48, & seq.* Non defunt tamen \* contrariam opinionem amplectentes nimurum quod etiam in cessionarium mariti jus exigendi usuras transeat, quorum aliquos recenset *Auctor hic n. 36, Olea de cess. jur. tit. 6, quæst. 2, n. 39.* A *Coft. de privileg. credit. regul. 3, limit. 2, n. 49, Sperell. dec. 84, n. 15.*

Ex taciturnitate, seu non petitione usurarum dotis, quando censeantur remissæ inquirunt Doctores, in quo quidem articulo plures distinguuntur \* causæ: nam si lapsus temporis decennium non attingat, ex negligencia exactionis interusuriæ remissa non conflentur, ut subjungit post alios *Auctor hic n. 36, Staiban. de interest. lib. 2, tit. 3, quæst. 2, num. 3, Rot. dec. 80, n. 4, part. 2, recent. Mart. Medic. ad dec. Senen. examinat. 37, n. 6.*

Lapsus autem decennio controvertunt Doctores, an maritus usuras dotis non exactas prætendere possit \* in quo quidem articulo adhuc magis communiter recipitur, quod maritus interesse dotis interim decursum post decennii lapsus consequi valeat, ut post alios animadvertis *Auctor hic sub n. 39, vers. contrariam tamen opinionem, & seq. Mart. Medic. decis. Senen. 60, n. 13, Staiban. de interest. lib. 2, tit. 3, quæst. 2, n. 5, Buratt. dec. 159, n. 5, Sperell. d. dec. 84, n. 41.*

Si tamen effluxerint triginta aut quadraginta anni, & maritus non petierit interesse dotis, tunc non potest ulterius illud consequi ex presumptione remissionis, sive donationis ex lapsu temporis inducta, *Auctor hic num. 43, & 44, Staiban. jun. de interest. lib. 2, tit. 3, quæst. 2, numer. 2, & 6, Mart. Medic. ad decis. Senen. examinat. 37, n. 21, & 22, Altograd. conf. 30, n. 7, & 27, lib. 1.*

Superius dicta transeunt cum supposito supervenientia mariti: at si deceaserit nec anteā dum vixit dotis interesse petierit, maxima inter scribentes \* adest contentio, an tunc fructus dotis ex non petitione censeantur remissi: circa quod relatis per Authorem hic num. 44, opinionibus hinc inde contrariis, sub n. 47, vers. Tertio ad certo, istius quæsti resolutionem judicis arbitrio, & prudentiae remittendam concludit. Cæterum quod mortuo marito fructus dotis vivente marito non petiti ab illius hæredibus consequantur, præter concessos ab Auctore hic num. 44, & seq. admittunt *Mart. Medic. ad decis. Senen. examinat. 37, num. 2, & latè prosequitur dec. 60, num. 4, & seq. Joan. Franc. Andreol. conf. 135, n. 37, Sperell. d. dec. 84, n. 40, ubi remissionem interesse defendit si concurrant decennialis taciturnitas, & quod maritus in ejus vita nunquam interesse dotis petierit, sed contrarium comprobant *Staiban. de interest. lib. 2, tit. 3, quæst. 2, à n. 9, ad 14, Altograd. conf. 30, n. 26, & 27, lib. 1.**

Hætenuis dicta militant ubi marito succedant extranei, superstitibus verò filiis \* quod & in odium eorum censeantur ex non petitione facta per patrem in ejus vita remissi fructus dotalis innuere videtur *Auctor hic num. 45.* Post Viv. dec. 428, cui tamen contrarium sustinendo ad exclusionem remissionis fructuum dotis, *Fontanell. de pact. nupt. claus. 6, gloss. 2, part. 6, nu. 33, Merlin. Pignatell. conf. 28, n. 9, cent. 1, quæst. 80, num. 11, & prius quæst. 51, n. 77, & seq. Staiban. de interest. lib. 2, tit. 3, quæst. 2, n. 16, & 17, Mart. Medic. decis. Senen. 60, num. 26, & seq. Altograd.*

## Observationum de Alimentis Caput L.

*Altograd. conf. 30, in fine, lib. 1, Joan. Franc. Andr. controvers. 135, n. 36, Rot. in Bononien. dotis 18, Martii 1648, §. prout neque coram Reverendissimo Dunozet.*

Animadvertisendum ulterius sese offert, quod dotis alimentorum tacita remissio facilius inducat *uxoris, vel saceri, \* quam extraneorum favore, Surd. conf. 290, n. 51, & seq. Peregrin. conf. 74, num. 10, lib. 3, Mart. Medic. dicta dec. 60, num. 26, Sperell. dicta dec. 84, num. 37, Altograd. conf. 30, num. 38, lib. 1, cum animadversione etiam quod superioris dicta sibi locum 27 \* vindicant dissoluto matrimonio per mortem viri, secùs vero si resolvatur per obitum uxoris, Valaf. dicta consultat. 84, per totam, Staiban. de interest. lib. 2, tit. 3, quæst. 2, num. 18, 19, & 20.*

Recepta forte principali dotis dubium subnecit *Author hic num. 48, num scilicet videatur remittere, atque ita donare maritus dotis interesse sibi debitum, quando in receptione capitalis quoad usuras nullam emisit protestationem, aut reservationem, \* & concludit, quod per receptionem dotis fructus censeantur remissi, nisi ex conventione deberentur, quam distinctionem pluribus exornat, Staiban. de interest. lib. 2, tit. 3, quæst. 3, ex n. 4, Merlin. Pignatell. conf. 28, num. 10, & seq. cent. 1, Mart. Medic. ad dec. Senen. examinat. 8, num. 8, & seq. & dec. 16, num. 21, & seq. Altograd. conf. 30, numer. 3, & seq. lib. 1, Leotard. de usur. quæst. 91, num. 14, & sub num. 15, vers. Ego qui, & seq. & num. 22, Donad. de renunciat. cap. 1, n. 77, & seq.*

Nostræ tamen Authoris, & asseclarum opinio non videtur admodum tuta, ex quo militat solumento in usuris \* odiosis, nonnisi ex stipulatu debitis, at in interusurio & fructibus dotis secus est, qui jure actionis petuntur. Unde facta solutione principalis super fructibus dotis non soluti competit actio, *Rot. coram Pen. dec. 350, num. 4, & seq. duplicata apud Fenzon. ad statut. urb. dec. 82, & coram Ludovis. dec. 93, sub num. 2, vers. quia contrarium: & hanc partem mordicūs defendit Joan. Franc. Andr. controvers. 135, à num. 19, ad 31, ubi eius opinionem à Rota Canonizatam supponit Leoncill. dec. 92, n. 9.*

Verumtamen suppositum istud non subsistit, imò contrarium, \* & sic per actionem dotis censemur remissi fructus, uti ex officio judicis debiti plures censuit *Rot. coram Put. dec. 93, num. 8, & 9, lib. 1, & dec. 259, num. 5, part. 4, divers. & dec. 383, num. 14, part. 5, recent.* Aliam *Rot. decis. recent. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 12, tit. 30, n. 37, in fine, Gratian. discept. 455, n. 26, & seq.*

Jure autem actionis interusuria dotis debita dicuntur \* quando super eis statuto caveatur, *Rot. dicta dec. 259, num. 4, part. 4, divers. & dicta dec. 383, num. 15, part. 5, recent. Gratian. discept. 33, n. 14, & discept. 130, in fine, & discept. 244, n. 39, Joan. Franc. Andreol. conf. 135, n. 31, Rot. coram Ludovis. dec. 93, numer. 3, duplicata dec. 80, part. 4, recent. Mart. Medic. ad dec. Senen. examinat. 8, n. 18, Merlin. Pignatell. de conf. 28, n. 22, cent. 1, Antonin. de Amat. resol. 43, n. 72, Leotard. de usur. quæst. 91, sub n. 21, vers. si ex aliqua consuetudine.*

Interesse ob dilatam dotis solutionem ab initio in pactum deduci \* posse post infinitos subiungit hic *Author num. 51, quibus accidunt alii*

plures cumulati per Sperell. dec. 84, num. 5, & per Leotard. de usur. quæst. 28, n. 41, & q. 86, n. 34, Staiban. de interest. lib. 2, tit. 3, quæst. 1, n. 33.

At si data dilatatio \* ad solvendum dotem de illius fructibus nil cautum appareat, Author in ea residet opinione, quod maritus illos donare intellexerit hic sub num. 52, vers. è contrario, & comprobant Mart. Medic. ad decis. Senen. examinat. 7, n. 44, & dec. 14, n. 44, Leotard. de usur. quæst. 86, n. 33, Staiban. de interest. lib. 2, tit. 3, quæst. 1, n. 49, Leoncill. decis. Ferrar. 92, n. 11.

Secùs vero si pendente dilatatione conceila ad solvendum dotem expresse convenerit \* de solvendis interim fructibus dotis, quam conventionem rejectâ contraria opione comprobant.

Author hic n. 53, vers. Alii vero, Sperell. dec. 84, n. 35, Staiban. jun. de interest. lib. 2, tit. 3, q. 1, n. 49, Leotard. de usur. d. q. 86, sub n. 35, vers.

Hoc enim casu.

A nomine debitoris in dotem cesso intimata cessione maritus \* usuras dotales legitimè prætentit, Leotard. de usur. q. 29, à n. 4, ad 12, & contrarium ex professo defendit, *Olea de cess. jur. tit. 6, q. 2, n. 46, & seq.*

## CAPUT LI.

## SUMMARIUM.

1 Vidua ab hæredibus mariti usuras dotis regulariter prætendere nequit. Declara ut n. 2. Ab extraneo dotis promissore fructus prætendere non potest nisi concurrent mora, & interpellatio num. 3. Contrarium qui teneant num. 4.

Ab ascendentis debito fructus prætendere potest n. 5. Ob damnum emergens, vel lucrum cessans ex dilata restituitione dotis fructus consequitur n. 16.

6 Filii ab Avia materna dotis maternæ fructus consequi non possunt.

7 Dos quando succedit loco legitimæ. Et numero 8.

9 Puella ante matrimonium alenda est.

10 Alimenta debita filiabus equiparantur fructibus legitimæ; filia jure actionis nimurum conditione ex statuto debentur n. 11.

12 Fructus non debentur pro legitima consistente in pecunia. Declara ut n. 13.

14 Usuræ à statuto legitime pro dote constitutæ in pactum deduci possunt; Et n. 15.

V Iri ab hæredibus nec vidua, nec ab ea causam quomodolibet habentes interesse dotis non restituunt etiam conventum consequi \* regulariter possunt, Bald. in rubr. de usuris vers. Quarto queror; & in l. fin. n. 10, Cod. de jur. dot. Canonistæ in C. salubriter extr. de usur. Affl. dec. 284, num. 6, & seq. Rot. consil. 55, num. 1, & seq. lib. 2, Mantic. dec. 171, num. 4, Cavaler. dec. 292, num. 1, Rot. dec. 38, num. 1, part. 5, recent. Joann. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 2, cap. 21, n. 7, Antonin. de Amat. resol. 49, num. 84, Caren. resol. 114, num. 3, Pignat. ad statut. Ferrar. rubr. 107, num. 14, & seq. Leotard. de usur. quæst. 30, n. 39, ubi recentef contrarium tenentes, Mart. Medic. ad decis. Senen. examinat. 54, n. 1, & seq. Joan. Baptista Antonell. conf. 79, num. 3, Leoncill. decis. Ferrar. 65, n. 7, & dec. 92, num. 12, Rot. in Tiburtina Casfi sancti Angeli 14, Februario 1656, §. respectu verò,